



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

26. Quando Iudas duxerit Sue Odollamitidem. Gen.38.v.1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

QVÆSTIO CHRONOLOG.

**I**verò Hébræi, Chaldæi, Græci, S. Augustinus & alij, qui Iosepho, cum vñ detentus  
17. annos tribuunt, de currentibus loquuntur, ita vt labente anno ætatis sue 17.  
Ioseph à suis fratribus venditus sit, ætatis Iacobi 108. iuxta S. Augustin. q. 11. in  
Genesim, & Chronicon Alexandrinum. Repromissionis 93. supra centenarium  
vt notat Eusebius, decimo tertio antequam ipse Ioseph carcere Ægyptiacolo-  
latus Pharaoni fisteretur, vt cōputat Demetrius apud Eusebium. In hâc Chro-  
nologiam pleriq; omnes, maximè recentiores conspirant. Perierius, Samerius,  
Tornielius, Gordonus, Cornelius, Bonfrerius, Petavius, quos inter tam exigua  
est de annis iam recensitis discrepantia, vt pro nulla merito haberí possit. Aliud  
est de annis mundi, à diluvio, ante Christum ad hanc venditionem relatis.

CAPVT XXXVIII. V. I.

**D**e Conis. **I**. **E**odem tempore, descendit Iudas. Certum est primò, ea, quæ de Iudæ coniuge  
gio Iuda  
tria certa. hic narrantur, contigisse antequā Iacob cū sua familia in Ægyptū delo-  
deret: quæ enim hoc cap. 38. referuntur gesta sunt in terra Chanaan, ad quin  
Iacob & Iuda non sunt reuersi, ex quo in Ægyptum à Iosepho vocati, sele co-  
tulerant. Deinde filij Iudæ Her & Onan coniuges Thamar, in Chanania  
mortui sunt. Gen. 46. v. 12. ergo aliquot annis antē nati fuerant, quam eontra  
parens & annus è Chanaan in Ægyptum descenderent.

**2.** Certum est secundò, ab anno 17. ætatis Iosephi, quo labente ipse venditus  
est, exclusuè, vsque ad descensum Iacobij in Ægyptum effluxisse annos 2. En-  
im Ioseph, cum Pharaoni, somnium eius interpretaturus fisteretur, triginta  
annorum. Gen. 41. v. 46 mox septennium vñ etatis, tum sterilitatis biennium  
intercessit, quoad Iacob in Ægyptum à Filio ecce seretur. Gen. 45. v. 6. Et  
tempore Cathodi Iosephi expletò 39. ætatis anno, quadragesimum ageret.  
Subductis igitur 17. annis, ad quos Iosephus cum vñderetur peruererat, in  
manebant anni 23. à tempore quo Iosephus venditus est ad descensum Iacobij  
in Ægyptum.

**3.** Certum eriam mihi videtur, Iudam, vt hic narratur, vxorem duxisse, id  
ferè tempus, quo Ioseph abductus est: hoc enim indicant verba illa prima  
huius capituli. **Eodem tempore**, quibus Moses hanc auspicatur historiam. Cöle-  
tiunt Hebraeus, Latinus, Chaldaeus, nec dissentit Græcus dum ait: *iv r̄ 10* *10*  
*Exeiyω: vtrum autem paucis annis, ante, vel post, disputari potest.*

**4.** Nonnulli, vt Tornielius ita verba prima huius capituli interpretantur,  
**D**e tempore  
rebus  
connuib.  
a. Opinio.  
Iudas anno circiter 13. ætatis suæ generit Her, mox anno sequenti Onan, ut  
ad annum 15. Selam: anno Iudæ 27. Thamar nupsit primum Her, deinde  
mortuo Onan, hoc etiam è viuis sublatu, Thamar vidua usque ad annum 10.

Iude iam propè desinētem nuptias cum Sela expectauerit, quibus frustrata, se  
fatum suo locero prostituerit, & gemellos ex eo pepererit, Phares & Zaram,  
anno 29. Iudæ mense circiter septimo. Phares annum vitæ 13. ingressus, ductus  
vxore successu spatio decem & nouem mensium genuerit Hamul & Hebron,  
ita ut posterior paulo antequam Iacob descendenter in Aegyptum nasceretur.

5. Duo autem potissimum huic opinioni obſiſtunt. 1. Quod Moyses scribat, Refutatur  
tempore, Iude auptias contigisse, quo Iosephi abductionē: hæc autē opinio,  
dupliciter.  
Iude connubium septennio circiter anteuerit, & violenta interpretatione prima  
huius cap. verba, ad medium duntaxat tempus refert, quod à nuptijs Iude, vñq;  
ad nativitatem Phares decurrit. Alterum, quod creditu difficile sit Iudam &  
filios eius in tantilla ætate liberis operam dedisse, & tam crebro ex una vxore  
prolem suscepisse. Vult enim Torniellus an m. 2306. num. 6. Iudam anno 13. æ-  
tatis sue sub finem mensis decimi sui primogenitum suscepisse; anno sequenti  
mense circiter octauo, alterum filium; tertio anno, qui erat Iude 17. natum ei  
esse tertium filium sexto circiter mense. Quæ sanè mira videntur.

6. Si Iudas ante proditum Iosephum duxit uxorem, quod fieri potuisse insi-  
niat S. August. q. 12. 8. in Gen. id non nisi de exiguo tempore spatio cōcedi debet.  
Siquidem Liam non nisi septennio circiter antequā Iosephus nasceretur duxit  
Iacobus, & quarto demū partu, ex eadē Iude suscepit, ac proinde haud multo  
ultra triennium Iudas ætate Iosephum anteuerit. Hic autem veditus est, anno  
vitæ ſaz 17. cum Iudas eſſet 20. circiter annorum, & dicitur *eadem tempore*, quo  
ſcilicet nuper admodū Ioseph abductus eſt, duxisse uxorē filiā Sue. Gen. 38. v. 1.

7. Quare verius, vt arbitror, censem alij, connubium Iude initum eodem anno  
2. Opinio  
verior;  
(non ante) quo Iosephum sui fratres vendiderunt. Ita contra Aben Ezra To-  
status hic, Perierius disp. 1. Del Rio, Cornelius, Bonfrerius, Menochius, Salia-  
nus an. m. 2306. Addunt plerique diserte Iudam tunc fuisse 20. circiter annorum.  
Proabant 1. Quia nulla vel apparens occurrit ratio, cur hoc loco Moyses temporis  
ordinem inuerteret. Nam cap. 37. historiam de Iosepho orditur, ab eius in  
Aegyptum abductione: deinde cap. 38. de Iude narrationem instituit. Capite  
39. & ſequentibus, ea persequitur, quæ maxime ad Iosephum ſpe etant. Quod  
ſi prius matrimonium inijſſet & liberos ſuscepſſet Iudas, quam Iosephus  
tradiceretur, id sine dubio prius enarrasset, vt res deinde à Iosepho gestas vno  
historie filo ſine interruptione aut capitib[us] tricesimi octauo interpolatione absol-  
ueret. Idem probant duobus argumentis, quæ jam contra priorem opinionem  
attuli, & breue huius rei Chronotaxis hoc modo componunt. Cū Iaco-  
bum de Iosepho recens perditο in ærentem ſui filij consolarentur in Hebron,  
diuulfus à ceteris Iudas descendit Odollam & inde coniugem duxit filiā Sue,  
eo fere tempore, quo Ioseph in Aegyptum abductus eſt. Tū Iudas erat 20. fere

Q. 2

anno-

annorum, ut potè triennio ante Iosephum in lumen editus. Intra annum hunc coniugio natus fuerit Her, nec multo post Onan, tertio circiter anno Sela. Sic anno decimo octavo à nuptijs ludæ, Her ad annum 17. ætatis sue prouectus Thamar vxorem duxerit, ac paucis mensibus exactis interierint, Thamar bimino, si placet, Selam futurum maritum expectarit. Tum fraudulentio concubitu Phares & Zaram ex Iuda conceperit, ac anno sequenti ante descensum in Ægyptū pepererit. Sic non incommodè ea omnia fieri potuerunt, quæ à vestito Ioseph usque ad ortum Phares & Zara cap. 38. narrantur. Hinc sequitur Hamul & Hesron, non in Chananitide, sed in Ægypto natos: quomodo id non pugnet, cum numero personarum, quæ cum Israële, in Ægyptum descendisse dicuntur, dicam cap. 46.

## CAPUT XXXIX.

GEN. v. 7.

*De Ioseph ab hera sollicitato.* Post multos itaque dies, iniecit Domina oculos suos in Ioseph. Hebrei in suo Secundo Olam cap. 2. asserunt Iosephum 12. menses in herili domo mansisse, inde totidem annos carcere Ægyptio detentum: imò ad annos 13. Iosephi carcere extendere videntur. Demetrius apud Eusebium & S. Chrysostomus hom. 6 in Genesim, & hom. 8. in Epist. ad Ephesios, nisi forte vincula & carcere scimus ingo soruitutis confundant. Fauet Philo in libro de Ioseph, quem *vivox* vocat, dum ad facinus prouocabatur. S. Hieronymus in Ps. 104. ait Iosephum 11 annos natum, adamatum esse à Domina. Verum alij communiter censemus Iosephum non ultra triennium fuisse in vinculis, ut paulo post declarabo. Longiori enim quam 12. mensium spatio probanda fuit à Putiphare Iosephi industria, prudentia, virtus integritas, antequam totius familiæ, & rerum suarum gubernatione emptitio seruo committeret, antequam videret agros & foruma suas Iosepho gubernante plurimum auctoritas, antequam fidem Iosephi ita habueret perspectam, ut nihil cognosceret Putiphare, nisi panem, quo rusebatur. Gen. v. 6. Et si verò Iosephi indoles ea fuerit, ut benevolentiam & amorem Domini statim conciliaret: non est tamen credibile, eum amorem in turpitudinis fianciam exarsisse. Nemo deripente sit pessimus. Nec refert, quod vocetur *vivox*: hoc enim non solum ad ætatem teneriorem Iosephi, ut cum esset aut 18. annorum, sed etiam ad singulariter morum facilitatem, ac amabilem digni rationem accommodari potest. Taceo S. Paulum cum annura triginta et unum excessisset appellari *vivax*, siue adolescentem. Act. 7. v. 57. Ita Ioseph videtur à sua hera sollicitatus, cum ipse esset circiter 27. annorum.